

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1253

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

vendiderunt. prior vero ac fratres memorati predictam curiam nobis ac capitulo nostro pro commutatione curie nostre Stadelhoven assignarunt sub pleno jure proprietatis ab ecclesia nostra de cetero possidendam. quare ut premissa debitam et inconvulsam obtineant firmitatem, presens scriptum super hiis confectum sigillorum nostri ^a et civitatis nostre Argentinensis appensionibus fecimus roborari. datum Argentine anno domini 1253, 3 kalendas februarii. 5

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2703 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.

371. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß sein Lehensmann Egelolf Brunco, den der Straßburger Bürger Heinrich Rufus' Sohn gefangen gehalten, Urfehde geschworen habe. 1253 März 10 Straßburg auf der bischöflichen Pfalz.* 10

Heinricus dei gratia Argentinensis episcopus notum facimus omnibus per presentes, quod super liberatione Egelolfi Brunconis, quem Heinricus filius Rufi civis noster Argentinensis in vinculis tenuit¹, facta est compositio subscripta: idem vero Egelolfus Brunco coram nobis et consilio civitatis ceterisque honestis viris fecit securitatem, que dicitur urvehde, corporali sacramento prestito, quod ab ipso vel 15 amicis suis pro eadem captivitate predictus Heinricus vel aliqui amicorum suorum ac civium Argentinensium numquam graventur aut molestentur. ad majorem etiam cautelam dictus Egelolfus omnia feoda sua, que a nobis et ecclesia nostra tenet, in manus nostras obligavit ita, si predicta compositio violata fuerit ab ipso vel amicis suis, quod eadem feoda vacabunt et a nobis vel successore nostro de predictis 20 feodis leso satisfactio exhibeatur condigna. preterea Pilgerinus de Wangen, Wernerus Begere, Hugo de lapidea porta et Cünzo de Landesberc juramento prestito fideliter promiserunt, si prefata compositio violata fuerit, quod ipsi consilio et auxilio violatoribus compositionis se opponant et satisfactionem promoveant. si autem super violatione compositionis orta fuerit discordia, nos veritatem inquirere 25 debemus super eodem et, quicquid provide decreverimus, ratum permanebit, fraude et dolo penitus exceptis. in cujus rei memoriam presens exinde pagina est conscripta et sigillis nostro videlicet et sepe dicti Egelolfi Brunconis in testimonium communita. acta sunt supra palatium nostrum in Argentina hec publice anno domini 1253, feria 2 ante festum sancti Gregorii, in presentia nostra et aliorum 30 multorum.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis.

a) *B nostro.*

¹ *Ueber einen in der Gefangenschaft des Bischofs Heinrich von Straßburg befindlichen Ritter des Grafen von Leiningen, H. de Carnelebach, und dessen Freilassung enthält eine Briefsammlung eines 35 cod. mb. sec. XIV in der Trierer Stadtbibliothek einige wohl schon den 40er Jahren des 13ten Jahrh. angehörende Schreiben, die freilich manches rein Formelhafte enthalten, ferner einen Brief, in dem C. Rukilin von Starkenburg und die Burgmannen daselbst einen P. de Argentina ersuchen, für räuberische Ueberfälle heimlich Schiffe aus dem Neckar in den Rhein zu bringen. Die Sammlung ist gedruckt in der Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. III, 59 ff.*

372. *Pabst Innocenz IV trägt dem Cardinallegaten Hugo auf, den Dispens, welchen der Bischof von Straßburg dem Domprobst Walther von Geroldseck daselbst über den Besitz gewisser kirchlicher Beneficien ertheilt habe, zu bestätigen. 1253 April 11 Perugia.*

5 Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio fratri Hugoni tituli sancte Sabine presbitero cardinali apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. dilectus filius Waltherus prepositus ecclesie Argentinensis¹ natus nobilis viri Walteri domini de Gerolseke nobis exposuit, quod, cum nos olim venerabili fratri nostro episcopo Argentinensi nostris dederimus literis in mandatis, ut
10 cum eo super obtentis et obtinendis prelaturis dignitatibus et aliis ecclesiasticis beneficiis etiam curam animarum habentibus usque ad summam, de qua expedire viderint, non obstante constitutione concilii generalis² seu quod idem Waltherus minus etatis viginti quinque annis, dummodo decem et novem esset annorum, auctoritate apostolica dispensaret, tandem idem episcopus comperto, quod vigesimum
15 annum attigerat, ut tres ecclesias curam habentes, quas tunc obtinebat, licite retinere et duas posset dignitates seu prelaturas recipere ac retinere cum illis, secum auctoritate literarum hujusmodi dispensavit, prout in literis ipsius episcopi confectis exinde plenius dicitur contineri. unde nobis humiliter supplicavit, ut, quod
20 ab episcopo super hoc factum extitit, confirmare de benignitate apostolica curaremus. ipsius igitur supplicationibus inclinati mandamus, quatenus, quod ab episcopo memorato predictarum literarum auctoritate factum est in hac parte, ipsius prepositi et patris et fratrum suorum circa ecclesiam devotione pensata, per te vel per alium confirmare auctoritate nostra procures. datum Perusii 4 idus aprilis, pontificatus nostri anno decimo³.

25 Aus Ripoll Bullar. ord. prædicat. VII, 30 nr. 374 (ex archivo ordinis lib. A fol. 747). — Potthast Reg. pontif. nr. 14938.

373. *Adelheid die Gemahlin Kaufmanns von Dingsheim schenkt dem Straßburger St. Katherinenkloster Güter im Bann von Dingsheim und Wolfsheim gegen eine jährliche Zinsleistung zu ihrer und ihres Mannes Lebzeiten. 1253 Juli 5.*

30 Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod, cum ego Adelheidis uxor Chöfmanni de Thungensheim et idem Chöfman maritus meus pariter emerimus

¹ Schon im Jahr vorher, 1252 August 21 Perugia, hatte der Pabst demselben Cardinallegaten die Besetzung der ledigen Straßburger Domprobstei, zu der sich viele Bewerber drängten, übertragen. Cfr. Ripoll Bullar. ord. prædicat. I, 215 nr. 265. — Potthast Reg. pontif. nr. 14692. Waltherus prepositus
35 Argentinensis erscheint schon in einer Urkunde seines Vaters Walther von Geroldseck für Kloster Tennenbach, 1252 Januar 6 (in die epiphaniæ). Cfr. Schöpflin Hist. Zar.-Bad. V, 221 nr. 127.

² Canon 29 des 4ten Lateranconcils. Cfr. Richter Corp. jur. canonici II, 461.

³ Domprobst Walther zur Annahme noch eines kirchlichen Benefiz den Dispens zu ertheilen, da er ja das 23ste Lebensjahr schon erreicht habe, gibt Innocenz IV dem Cardinallegaten Hugo im gleichen
40 Jahr, 1253 December 11 Rom im Lateran, den Auftrag. Cfr. Ripoll Bullar. ord. prædicat. VII, 32 nr. 379. — Potthast Reg. pontif. nr. 15176.

de denariis nostris post inter nos contractum matrimonium mansum et dimidium situm in banno ville Thungensheim adque ego *Adelheidis* et prefatus maritus meus Chöfman de communi voluntate et consensu nostro dictum mansum et dimidium diviserimus mihi que cesserit in eadem divisione secundum consuetudinem civitatis Argentinensis et regionis dimidius mansus, ego eundem dimidium mansum dedi, contuli, donavi atque possessionem ipsius tradidi monasterio sancte Katherine apud muros Argentinenses in remedium anime meę et antecessorum meorum cum omni jure, quo ego tenebam et possidebam dictum dimidium mansum, in perpetuum tenendum et possidendum, sub hac tamen forma et condicione, quod priorissa et conventus monasterii sancte Katherine antedicti dabunt et assignabunt mihi et marito meo antedicto in civitate Argentinensi inter assumptionem et nativitatem beate virginis Marie singulis annis pensionem decem quartalium tritici et siliginis sine omni dampno nostro, quam diu ambo vixerimus vel alter nostrum vivet, nobis vero ambobus defunctis, nullus heredum nostrorum quicquam juris habebit in pensione et in dimidio manso antedicto, sed tam pensio quam dimidius mansus antedictus prefato monasterio cedent libere et absolute. insuper dedi, contuli et donavi de voluntate et consensu predicti mariti mei monasterio sancte Katerine predicto in remedium anime mee et antecessorum meorum universa bona, que dedi in dotem marito meo sepe dicto, sita in banno ville Wolvisheim, videlicet decem agros et dimidium in pratis et dimidium mansum et quartam partem mansi in nemore seu arbustis, atque possessionem ipsorum tradidi in perpetuum tenenda ac possidenda a monasterio prefato eo jure, quo ego eadem bona tenui et possedi, sub hac ^a tamen condicione et forma, quod priorissa et conventus dicti monasterii dabunt et assignabunt mihi et marito meo sepe dicto annuatim in festo sancti Johannis baptiste pensionem duarum librarum Argentinensis monete, quam diu nos ambo vixerimus vel alter nostrum vivet, nobis autem ambobus defunctis, nullus heredum nostrorum quicquam juris habebit in pensione denariorum et bonis antedictis, sed tam pensio denariorum quam bona predicta prefato monasterio cedent libere et absolute. ut autem premissa firma et stabilia in perpetuum perseverent et ne inter me vel maritum meum aut nostros heredes ex una parte aut priorissam et conventum antedictos ex altera super premissis questio vel discordia in posterum oriatur, presens pagina est super eisdem confecta et sigillis reverendi patris ac domini H[einrici] episcopi et civitatis Argentinensis sollempniter communita. nos H[einricus] dei gratia episcopus et R[udolfus] theolonarius magister et consules civitatis Argentinensis tenore presentium confitemur et publice protestamur, quod nos ad petitionem et instantiam Adelheidis et mariti sui Chöfmanni atque priorisse et conventus predictorum presenti pagine in testimonium et evidentiam atque prescriptorum perpetuam memoriam sigilla nostra duximus appendenda. datum anno domini 1253, 3 nonas julii.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 139 fasc. 18 or. mb. c. 2 sig. pend. mutilatis.

a) *H ac.*

374. *Der Cardinallegat Hugo fordert unter Verheißung von Ablass zur Unterstützung des Straßburger Münsterbaues auf. 1253 September 11 [Löwen].*

Universis Christi fidelibus per regnum Alamannie constitutis presentes litteras inspecturis frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis
 5 sedis apostolice legatus salutem in domino. quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus [weiter wie in nr. 221 bis vitam eternam]. cum igitur, sicut venerabilis pater Argentinensis episcopus, prepositus, decanus et capitulum ecclesie beate Marie loci ejusdem nobis insinuare curarunt, iidem ecclesiam ipsam de novo reparare ceperint opere sumptuoso et ad reparationem ipsius fidelium suffragia noscantur
 10 plurimum oportuna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias eis elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dictum opus valeat consummari et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. nos enim
 15 de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui manum eis ad hoc porrexerint adjutricem singulis diebus usque ad consumationem operis, centum dies^a de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, presentibus post consummationem operis minimè valituris. quas mitti per questuarios discretius [inhibemus]^b, eas,
 20 si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. datum Lo[vanie]^c 3 idus septembris, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno undecimo.

F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch nr. 2 fol. 215^a cod. chart. sec. XV¹.

375. Cunradus ecclesie Argentinensis scolasticus ex mandato Hugonis tituli sancte Sabine presbiteri cardinalis apostolice sedis legati sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti, quas episcopus Constantiensis contra abbatem et conventum monasterii sancti Galli promulgaverat, cum nec per se nec per sufficientem procuratorem termino prefixo coram ipso in Winterture comparere curavisset, petente magistro R[uodolfo] canonico Basiliensi procuratore monasterii relaxat. «litteras venerabilis.» actum apud Winterture anno domini 1253,
 30 kalendis octobris. 1253 October 1 Winterthur².

Aus Wartmann Urk.-B. d. Abtei St. Gallen III, 129 nr. 923 nach dem Original im Stiftsarchiv von St. Gallen.

^a) F setzt centum dies vor singulis diebus. ^b) Offenbar nur vom Copisten übersehen. ^c) Auf die deutlich erkennbare Silbe Lo folgen fünf gleichmäßige mit einander verbundene Verticalstriche, am Schluß ein c oder e; über dem Ganzen ein Abkürzungsstrich.

¹ Ebenda befinden sich zwei nahezu gleichlautende Indulgenzen des Cardinallegaten Petrus für den Straßburger Münsterbau, die eine von 1255 März 16 Straßburg, die andre von 1255 März 26 Constanz datirt.

² Ueberhaupt ist in jenen Jahren der Straßburger Scholasticus in den Streitigkeiten zwischen dem
 40 Bischof von Constanz und dem Abt von St. Gallen wiederholt zu Gunsten des letztern thätig, meist in Folge päpstlicher Mandate. Vergl. Wartmann a. a. O. nr. 916, 917, 920, 922, 926, 931.

376. *Die Brüder Walther und Eberhard, der Schultheiß und der Marschall von Straßburg, verbürgen sich für eine Güterschenkung ihrer Mutter Luchardis im Ersteiner Bann an das Kloster des heiligen Franciskus zu Straßburg. 1253 October 3.*

Waltherus scultetus et Eberhardus marchalcus fratres Argentinenses notum 5
facimus omnibus presens scriptum inspecturis, dilectam genitricem nostram dominam
Luchardim dotem suam, quam a patre nostro in banno Erstheim habuit, de con-
sensu nostro monasterio beati Francisci in Argentina contulisse pleno jure perpetuo
possidendam, abrenuntiando omni juri, quod in predicta dote et in omnibus bonis
patris nostri habuit, prestito juramento corporali. nos autem obligavimus et obli- 10
gamus nos warandos donationis eorundem bonorum ita, si ab uterinis nostris aliqua
questio vel impetio in predicta bona moveatur in posterum, quod nos sine fraude
ac dolo eadem bona prefato monasterio libera faciamus. in cujus rei evidentiam et
stabilitatem presentes litteras sigillis videlicet venerabilis domini nostri Heinrici 15
episcopi Argentinensis, domini Walteri de Gerolzeke avunculi nostri, Arnoldi Pueri
sororii nostri et nostris munitas prefato monasterio beati Francisci dedimus testi-
moniales. acta sunt hec anno domini 1253, 5 nonas octobris, presentibus
testibus subscriptis: domino Eberhardo de Sulze, Bertholdo de Ohsenstein, . . . de
Luphe, Alexandro preposito Haselacensi canonicis Argentinensibus et Friderico
canonico sancti Petri, Willehelmo milite vicedomino, Bertholdo dicto Ruses, Hein- 20
rico Marsilio et H[einrico] filio Marsilii, Nicolao filio Cānonis inter mercatores
civibus Argentinensibus et aliis quam pluribus.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 49 fasc. 13 or. mb. c. 4 sig. p̄nd.¹ Das bischöfliche Siegel ist abgefallen.

377. *Das St. Thomascapitel zu Straßburg gibt ein daselbst jenseits der 25
Breusch gelegenes Grundstück mit Haus dem Fischer Albert in Erbpacht.
1253 October 16.*

Nicolaus prepositus, Burcardus decanus totumque capitulum sancti Thome
Argentinensis omnibus presentem cedula inspecturis et rei geste noticiam. uni-
versitati vestre presentibus innotescat, quod nos quandam aream ad nos pertinentem 30
trans Bruscam^a cum domo in eadem area sita Alberto piscatori et suis heredibus
legittimis hereditario jure concedimus ad centum annos possidendam, ita tamen,
quod ipse et sui heredes prefatam aream possidentes nobis septem solidos Argen-
tinensis monete et duos cappones de ipsa persolvant annuatim, proviso tamen, ne
idem census a pluribus particulariter, sed ab uno heredum seniore totaliter confe- 35

a) B Buscam.

¹ Ebendaran ist ein Pergamentzettel geheftet, auf dem von einer Hand der zweiten Hälfte des 13ten Jahrh. bemerkt ist, daß Schwester Liugart von Hinnebure dem Kloster einen Zins von 100 Vierteln im Ersteiner Bann gegeben habe, von denen 50 von ihren beiden Söhnen um 60 Mark gelöst worden seien.

rantur. et ne quis imposterum super tali concessione calumpnie scrupulus oriatur, presens scriptum sigillo capituli nostri fecimus communiri. datum anno domini 1253, 17 kalendas novembris.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3654 or. mb. c. sig. pend. laeso.

5 **378.** *Der Convent des Frauenklosters St. Stephan zu Straßburg trifft neue Aufnahmebestimmungen, die Bischof Heinrich von Straßburg bestätigt. 1253 December 13.*

Universis ecclesiarum rectoribus, ad quos presens scriptum pervenerit, abbatissa et conventus sancti Stephani Argentinensis devotas orationes in Christo. sub
10 religionis habitu pie vite studio necesse est provideri, ut in divinis beneplacitis exequendis avaricie non possint obstaculo impediri. cum itaque nostrum monasterium sepius in retroactis temporibus passum sit defectum gravem in divinis ex eo, quod canonici nostre ecclesie alibi rationem^a beneficiorum ecclesiasticorum habentes deserviebant, nos, ne id de cetero contingere posset, infedentes^b studiose statuimus de
15 consensu et auctoritate domini nostri episcopi, quod deinceps nullus in nostra ecclesia canonicus vel prebendarius recipiatur, qui alibi canoniam sive aliud beneficium ecclesiasticum habere dinoscitur, cui tenetur deservire. et si post receptionem aliquis in nostra ecclesia aliud beneficium ecclesiasticum adeptus fuerit, idem, nisi infra mensem hoc ipsum reliquerit et recesserit ab eodem, extunc nec in nostrum
20 recipiatur consorcium nec sua ministretur prebenda nec pro canonico habeatur. de jam ante receptis statuimus, quod, nisi ecclesiam nostram in divinis officient et divinis intersint secundum quod tenentur, fructibus sue prebende priventur per abbatissam tam diu, quousque post satisfactionem debitam secundum quod debuerint divinis curaverint interesse. et si per mensem post hujusmodi privacionem fructuum
25 pertinaciter se quisquam nostrum subtraxerit^c servicio divinorum, extunc nec pro canonico in ecclesia nostra habeatur nec quidquam sibi de nostra ecclesia ministretur. statuimus eciam, cum certum canonicarum nostre ecclesie numerum non habuerimus, ut de cetero sedecim tantum canonicis in nostra recipiantur ecclesia et totidem ministrentur prebende, cum facultatem ministrandi plures prebendas comode
30 non habeamus. ad hujusmodi utique statuti observacionem nos nostrosque successores obligamus corporali super hoc prestito juramento nec de cetero quemquam in nostre ecclesie canonicam seu canonicum recipiemus vel recepto ministrabimus nisi^d . . . ad dicti statuti evidenciam et memoriam perpetuam presentes litteras sigillis domini episcopi ac nostris abbatisse et conventus fecimus communiri. nos
35 Henricus dei gracia episcopus Argentinensis huic statuto consensimus et nostra auctoritate factum cum deliberacione provida confitemur, appendentes super hoc presentibus litteris nostrum sigillum. actum anno domini 1253, idus decembris.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 2863 fol. 68^b aus einem Präbendenbuch der St. Stephansabtei von 75 Pergamentblättern, von einer Hand des 14ten Jahrh. eingetragen mit der Ueberschrift: statuta canonicorum et canonicarum monasterii s. Stephani Argentinensis.

a) racione. b) sic! c) B subtraxerint. d) Vom Copisten scheint eine Zeile der Vorlage übersehen worden zu sein.

379. *Die Pfleger und die Bruderschaft des Straßburger Hospitals bevrkunden, daß sie mit hinterlassenem Gelde des verstorbenen Bruders Konrad des Schmieds Aecker im Bann von Griesheim und Pfuhlgrishesheim gekauft haben. 1253.*

In nomine domini amen. quod humana disponit ratio dignum memoria, litterarum apicibus expedit commendari. nos igitur videlicet Albertus miles dictus Begro 5 et Rüdolfus dictus de Vegersheim et Johannes cognominatus Vitulus curatores et rectores honorum et domus hospitalis in Argentina, nos quoque fratres ejusdem hospitalis universi omnibus hoc scriptum intuentibus noticiam rei geste. notum esse cupimus universis, quibus nosse fuerit oportunum, quod, Cûnrado fabro fratre nostri hospitalis viam universe carnis ingresso, nos per peccuniam aliquantulam 10 videlicet novem marcas in bonis ejusdem Cûnradi repertam, de consensu et voluntate Gertrudis relicte ipsius Cûnradi et Johannis clerici filii eorundem consortium et fraternitatem ipsius hospitalis habentium, septem agros frumentiferos sitos in banno ville Criechesheim preter unum duale, quod situm est in banno Vulencriechesheim, comparavimus nomine ipsius hospitalis sub hac^a condicionis forma, ut 15 ipsum hospitale de agris jam dictis Gerdrudi et Johanni filio suo predictis ambobus pariter et successive, quoad vixerint, preter administrationem, in qua tenetur eis, sex quartalia siliginis annis singulis assignabit. statuimus etiam ad petitionem et voluntatem ipsius Gertrudis et Johannis, ut singulis annis uno dierum ammodo et in perpetuum ipsius Cûnradi jam defuncti et aliorum duorum post ipsorum obitum 20 anniversalis memoria habeatur in divino officio et orationibus et eodem die 5^b solidi denariorum de supradictis sex quartalibus ministrentur hoc modo, quatuor denarii ipsis duobus sacerdotibus et unus ipsi scolari, residui vero de quinque solidis ad solatium fratrum et infirmorum expendantur. ut autem hec rata permaneant, presens scriptum sigillo ipsius hospitalis duximus roborandum. actum anno domini 1253. 25

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 34 fasc. 9 or. mb. c. sig. pend. Gut erhaltenes Siegel des Hospitals mit der Legende: S. hospitalis sancti Leonhardi Argentinensis.

380. *Meister und Rath der Stadt Straßburg bevrkunden, unter welchen Bedingungen Bischof Heinrich von Straßburg Sigelin Bilde wieder zu Gnaden aufgenommen habe. [1253.]*

E. magister consules et universitas civium Argentinensium ad cunctorum notitiam volumus pervenire, quod dominus noster H[einricus] dei gratia episcopus Argentinensis dominum S[igelinum] Bildenem in suam recepit gratiam sub hac forma, quod dictus Bilde officium sculteti in Bischovesheim prope Argentinam et pignora, que in dicta villa et villa Tancratsheim a dicto domino nostro episcopo habet, sibi 35 remittit sine omni contradictione libera et soluta una cum pecunia, quam sibi dictus dominus noster pro equo videlicet triginta tres marcas solvere tenetur. item faciet pro emenda domino nostro episcopo, quicquid R[udolfus] dominus de Batzendorff et R[eiboldus] dictus Liebencellere duxerint statuendum, et centum marcas, quas in possessionibus castri Wikersheim a domino H[einrico] Romanorum rege bone 40

a) H ac. b) V auf Basur.